



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
11-58  
SIGNAT. clvccccxiii.



Εὐὲν ἀδελφοὶ τῆς παιδείας!

EDUCATIONIS  
LIBERORUM  
PLUTARCHICÆ  
RELIQUATIONES

a. d. prid. Cal. Septembr. A. S. R. c13 13c LXXIII.

IN ACROATERIO GYMNASII  
ELISABETANI SUPREMO  
ABOLENDAS  
INDICIT,

ET AD HARUM SOLUTIONEM TANTO  
FELICIOREM  
STUDIORUM INGENUORUM  
PATRONOS, MÆCENATES, FAUTORES,  
CULTU, HONORE, OBSERVANTIA,  
QUEIS PAR,  
INVITAT

JOHANNES GEBHARDUS.



VRATISLAVIÆ,  
In Hæredum BAUMANNIANORUM Typographiâ  
exprimebat GODFREDUS GRÜNDEK.



Lectoribus,  
Parentibus, æquè ac Filiis,

παιδείαν ἀδιδάσθωσαν καὶ ὑγιαίνουσαν!

**P**lutarchum, Scriptorem Charonensem, si laudibus, pro eo ac meritis, tentem evehere, non injuria forte reprehendi possem eo modo, quo ab Antalcida taxatus quidam perhibetur Lacedemone Herculem commendare aggressus. Etenim quis Plutarchum vituperat? Quis eulogiis eum innumeris, per sedecim penè sæcula, hætenus tantum non ad Cælum evectum esse ignorat? Facere tamen, vel unius Adolescentiæ erudiendæ igitur, non possum, quin de Scriptoris hujus incredibili, quâ in Philosophiâ polluit, & propè singulari doctrinâ, eximia morum probitate, accurata in rebus gerendis prudentiâ, aliqua præfatus, eundem Viris eruditis antehac quidem commendatissimum, Juventuti reddam commendatorem. Sub DOMITIANO hic & NERVA Imperatoribus vixit, sed in primis floruit sub eorundem Successore ULPIO TRAIANO: Boeotus natione, Patriâ Charoneus, & Apollinis Pythiæ Sacerdos. Ceterum si Epaminondam, Sympatriotam Plutarchi popularem, Imperatorem Patriæ suæ nobilissimum, cum quo gloria Thebana & nata fertur & exstincta, Spintharus Tarentinus magni vir nominis, dignè celebraturus, majori encomio nullo potuit exornare, quàm quod per omnem vitam suam nemo sibi obtigisset hominum, qui scisset plura, pauciora locutus; quanto potius idem hoc de Plutarcho à nobis poterit repeti. Nam, ut taciturnitatem, Virtutem in vita Civili apprimè utilem & necessariam, quam nec Nostro derogamus, taciti hæc prætereamus, quanta

quanta in Bœotio hoc fuerit πολυμάθεια, testantur cum scripta  
Viri plurima eruditissimaque, tum Encomia aliorum verissima.  
Unde factum, ut huic audiat magnus & divinus, alii Venus  
Orationis temperatè concinnata, alii contrà Philosophiæ  
totius Venus ac lyra; alii Philosophus, Historicus, Politi-  
cus summi limatissimi que iudicii; alii Compendium erudi-  
tionis, Prudentiæ Thesaurus, Antiquitatum utriusque gen-  
tis Delius quidam Apollo. Alius porrò neminem in tota  
gente litteratorum utiliora & magis frugifera posteritati conse-  
crasse iudicat Plutarcho. Alius Scriptorum cæterorum ja-  
cturam vel unius Plutarchi operibus resarciri posse censet.  
Et sanè Scriptorem in omni antiquitate gentili non facile reperiri  
quenquam, qui & plura in omnis generis rebus habuerit cogni-  
ta, & utiliora litteris complexus, Philosophiæ, prudentiæ, hu-  
maniorisque litteraturæ, quam vocant Philologiam, Juventuti  
studiosa fide & facundiâ magis probatâ, tradiderit subsidia,  
hoc ipso Chæroneo, cordatioribus mecum, spero, fatebuntur omnes.  
Et ut ut duriuscula ejus non nemini videatur Oratio, gravis ta-  
men ea est, ita ut jam olim inter Oratores idem fuerit relatus lu-  
culentos. Unde Himerius, Sophista Græciæ haud ignobilis,  
cùm laudatione funebri filii sui Rufini, vellet adserere, quam  
egregiam de eo concepisset spem; sperasse se ait, Minuciano fo-  
re vehementiorem, Nicagora graviorem, Musonio sapi-  
entio rem, sexto fortiorem, Plutarcho disertio rem, ac  
quibusque Oratoribus, qui antea viguissent, clario rem  
& melio rem. Taceo probitatem Morum ejus, elucescentem  
potissimùm è Voluminibus illis, quæ de Virtute Morum Tomo re-  
liquit altero, quem ea propter vel Auctior ipse, vel verius Col-  
lector

lector Ethica, hoc est, Moralia nuncupavit, sive quod majorem partem agunt de Philosophia Morali, sive quod ab ea Sophia parte, quæ vitæ humanæ comprimis necessaria, tanquam à potiori, totam horum congeriem duxit denominandam. Unde non est, quod miremur, summos huic tantol' iro, ab ipso etiam Romani Imperii Principe, Optimo cognominato, exhibitos fuisse honores. Nam Consulari ab eo dignitate ornatum fuisse docent collectanea Suida à Scriptoribus undecim, tanquam tot sollertissimis mellificii Attici apiculis, congesta. Quæ & hoc insuper addunt, omnes Illyrici Praefectos habuisse in mandatis, nè quid agerent injussu Plutarchi. Quod si verò fides tribuenda Epistolæ ad Trajanum, Politicis præmissa, idem quoque fuerit laudati jam Imperatoris hæc multijugâ suâ scientiâ dignissimus in literatura humaniore Magister. Sed cum ea, non ab re, fidei habeatur sublestæ, potioris possit videri momenti, quod ejusdem Apophthegmata **TRAIANO** leguntur dicata. Velut autem cætera tanti Philosophi scripta omnia magni semper habita: ita nec minus Libellus de Liberorum educatione, cui etiam primus inter Moralia attributus locus, à prudentioribus in summo etiamnum habetur pretio, utpotè qui non fabellas aliquas aniles, sed rem tractat longè gravissimam, sine qua nec Respublica florere, nec domus ulla salva unquam potuit & incolumis consistere. Nec enim benè nasci sufficit, nisi etiam bona accedat educatio. Quæ duo felicitatis humanæ palmaria, ipsorum meritissimo, possunt haberi fundamenta, utpote cum juncta tantum valeant ab benè beatèque vivendum, ut, quod utrumque simul efficit feliciter, neutrum præstet sine altero. Premit namque stupri nati vi conscium recurrens subinde ortus recordatio, omnemque  
emergendi

emergendi occasionem, spe quasi decollante, obstruit. Quod  
 ipsum quisquis secum Parens ritè expenderit, haud immerito ca-  
 vebit, nè alienam culpam atas luat postuma. Malè igitur  
 Pater proli suæ consulit, qui, dum libidini frena laxat, appeti-  
 tús furore cæcus, futuram Nepotum calamitatem non prospicit.  
 At longè pejus ille, qui Liberis, quos è casto quidem Conjugio  
 sustulit, ritè educandis curam nullam adhibet. Buculos enim  
 hic potius educet & porculos, quàm homines. Cum ergo rei  
 huic utrique Plutarchus apprimè navet operam, hinc merito Li-  
 bellus iste adolescentiæ studiosæ evolvendus ut alibi, ita & heic  
 in nostris Ludis literariis ab inclutissimorum Scholarum  
 prudentiâ, fuit commendatus. Juventutem enim ad morum  
 virtutem, si quisquam alius, hic in primis informat; nihilque  
 intermittit eorum, quæ vel ad præclaram animi & ὑψηλῶν, vel  
 corporis & ἰσχυρῶν, vel ad colendam ipsam etiam linguam faciunt  
 Græcam. Et linguam igitur & mentem pariter hæc Scriptoris  
 ἱστορικῶν rectissimè informabunt; illam, quia refert & dictionibus,  
 sententiis, Proverbiis, similibus, Exemplis, Locisque communi-  
 bus tam selectissimis, quàm utilissimis homini per omnem dehinc  
 vitam maximopere profuturis: hanc verò, quia viam homini  
 monstrant, quam quisquis fuerit ingressus, non cultior tantum  
 politiorque evadet, sed & melior. Docent enim, tum quomo-  
 do ad Virtutem adsuefacienda Juventus, tum quibus disciplinis,  
 & quâ viâ illa sit formanda, ὡς τὴν πολλὰν δὲ διαβαίνω μὲν ἔτι, καὶ κερδοῦμαι  
 τῇ φιλοσοφίᾳ, velut ipsemet loquitur; & qui sic è litteris his hu-  
 manioribus ad communem quid Reipublicæ fructum adferre,  
 inque lucem proferre possit. At nec minus Corpus hæc eadem  
 Philosophiæ ὑγιεινὰ ἰσχυρὰ, ac idoneum ad



labores honestos efficiunt; quibus nisi idem sit tolerandis, animus, acer licet & excelsus, vigore mentis suæ & perseverantiâ non potest non labefieri. Quapropter & meritissimo suo Libellus iste multis Viris doctis hæcenus appellatus fuit aureolus, cum utique auro magis sit aureus, immo auro & gemmis contra neutiquam carus. Et etiamsi idem nonnullis navis emunctioris Viris ipsius Chæronensis non videatur; sed vel Plutarchi Junioris vel alterius cujuscunque Philosophi Græci; idem tamen de eo habemus affirmare, quod Philippus Melanchthon olim ad Juventutem Academia Leucoreæ, cum hoc ipsum Opusculum aggredere-retur explicandum, censuit: In hoc, inquit, libello ad eò nobis conciliandæ Virtutis ratio præscribitur, ut dubitem, an à Philosophis uspiam melius quiddam traditum sit literis. Proinde (pergit idem Germaniæ nostræ Didascalus) vestrum erit in hoc libello sic versari, ut ejus lectionem non modò utilem linguæ; sed omninò etiam Vitæ emendandæ frugiferam putetis.

Quæ cum ita sint, nemo, quæ spes nostra, paulò consideratior, nobis verterit vitio, quod ejusdem ἐπινοίας, Adolescentibus non nullis Φιλέλλησι, anno superiore, cum privatim, explicatibus, quæ potuit fieri, brevissimis explanatum, tum publicè exercitiis Actûs Gymnici diversissimis, Auditorio nostro, tam frequenti, quàm honorato, obtulimus arbitratum. Cum verò Opusculum hoc feliciter tum quidem adfectum, ob materiæ tamen ubertatem commodè perfectum dari nequiverit, & mancum illud relinquere in vitis poni nobis possit, certè quidem absonum sit; hinc Reliquorum ratio nostrorum jure nos commonefacit, ne dicendi materiam, his nondum solutis, seligamus novam. Inchoata



choata en im qui non conficit, parum videbitur absimilis Parenti  
filium quidem edenti, sed embryonem.

A Vobis igitur denuo, PATRES aequè ac CIVES Reipubl.  
hujus laudatissimæ, reverenter, officiosè, faventer contendi-  
mus, ut cras sub horam VIII. nisi graviora vetent negotia, Lu-  
dum nostrum intervifere, & favore pari Reliquationem, ac  
antehac Educationem ipsam, presentia vestra splendida & au-  
toritate spectabili, pro vectum ire ne gravemini. Pro officio  
hoc longè nobis gratissimo animitus exoptamus, ut Vobis etiam,  
per aequè ac Atheniensi olim TELLO, Filii, Republica benè  
constituta, evadant honesti ac boni, iisque singulis Liberi,  
hique omnes superstites: & cum hoc Vitæ, quantum in-  
nobis situm, benè traduxeritis, obitus vobis obtingat, per-  
inde ac eidem TELLO, splendidus; immo, quod plus est,  
ter & amplius beatus. P. P. Wratisl. propriid. Calend.  
Septembr, clò Ioc LXXIII.

Educa-

# Educationis Plutarchicæ Reliquarium.

Different porro de Pædagogia, mutatis tamen personis,

**I. Patresfamilias**

Græce, Gabriel Scultetus Sellecensis. Lat. Johannes Frider. à Studntz.

**II. Philosophi (quibus pueri in lingvâ patriâ sententiam horum firmantes, binis  
immisti bini) & quidem**

**1. Genericè de Institutionis modo**

Græc. Caspar Sommerus Wrat. Lat. Christophorus Hermannus Bremerus Wrat.  
Germ. Johannes Bremerus Hamb. & Rudolphus Goschke Wrat.

**2. Specificè, respectu**

**1. Lingvæ & Orationis**

Gr. Balthasar Jungling Steinenf. Lat. Paulus Janderus Wrat.  
Germ. Johannes Frider. Ortlobius Olsn, & Jacobus Herdenius Bojanov.

**2. Memorix**

Gr. Johan. Frid. Sartorius Pofoniens. Lat. Gottofredus Rûpfender Olsn.  
Germ. Joh. Georg. Nickelsmann Wrat. & Georgius Scholl Wrat.

**3. Morum, & quidem**

**I. Γενικῶς de horumdem probitate**

Gr. Christoph. Friderici S. Gotthardin. Lat. Christoph. Wolffius Wrat.  
Germ. Joh. Henricus Heintz Wrat. & Christianus Schwabe Wrat.

**2. ειδιῶς, de averfanda**

**1. Mentiendi proclivitate**

Gr. Johannes Novatius Teschin. Lat. Joh. Georgius Gottschalck Wrat.  
Germ. Joh. Frider. Gottschalck Wrat. & Christian Bertermann Wrat.

**2. Sermonis obscenitate**

Gr. Thomas Schrøber Modorens. Lat. Johann. Acoluthus Wrat.  
Germ. Joh. Henricus Rörber Wrat. & Valentinus Kluge Wrat.

**3. Garrulitatis temeritate**

Gr. Joh. Michael Hoppius Wrat. Lat. Georgius Achatius à Zensel  
Germ. Christianus Krause Wrat. & Joh. Pezoldus Wrat.

**4. Sodalitii pravitate**

Gr. Georgius Muravius Domslav. Lat. Iohan. Gebhardus Olfenas.  
Germ. Melchior Hübner Wrat. & Sigismundus Franck Wrat.

DEO GRATIAS!



Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3  
002 686 287




Sb,

VD17  
Sep. 2000 Pd.







B.I.G.

Farbkarte #13

37

ΕΙΣΤΡΟΦΗ!  
 ATIONIS  
 O R U M  
 RCHICÆ  
**A T I O N E S**  
 A. S. R. clō Ioc LXXIII.  
 RIO GYMNASII  
 NI SUPREMO  
 ENDAS  
 DICIT,  
 OLUTIONEM TANTO  
 IOREM  
 INGENUORUM  
 NATES, FAUTORES,  
 E, OBSERVANTIA,  
 S PAR,  
 ITAT  
**GEBHARDUS.**  
 SLAVIÆ,  
 IANORUM Typographiâ  
 FREDUS GRÜNDEK.